UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestria duo

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum - Cum Indicibus

Strauch, Johann

Jenae, 1674

Cap. XI. Ad cap. V. de officio Vicarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10241

Visual Library

mus. Hæc eſt pars capituli ſexti titulo proximo, ubi multa omiſit Raymundus, quæ Contius & Gregoriani correctores reſtituerunt.

CAP. XI.

Ad cap. V. de officio Vicarii.

SUMMARIA.

1. Inſcriptio Capituli.
2. Vicarii Epiſcopi.
3. Alii Urbis.
4. Sub hujus diſpoſitione quæ provinciæ?
5. Vicarii Urbis juriſdictio.

Inſcriptio capituli. EXſtat in compilatione III. Inſcriptio ibi plenior quàm apud Raymundum hæc eſt: *Innocentius III. Abbati Sancti Eugenii, & Plebaño S. Petri in Pixide & B. Canonico Plebis de Martuberiſenſ. & Floren. diæc.* Id quod explicet, qui poteſt. *Vicarii Epiſcopi.* Agitur autem in hoc capitulo non de Vicario Epiſcopi, ſed urbis Romæ, de quo *l. 3. 4. C. T. de tyron. l. 6. de adult. l. ult. C. T. Quib. eq. uſus. l. 2. C. eod. de inceſt. nupt. l. 2. Eod. Unde. l. 2. de Princip. Agen. in reb. l. 61. C. Eod. de appell.* *Alii Urbis.* Sub ejus diſpoſitione erant Conſulariis Campania, Tuſcia, Umbria, Picenum ſuburbicarium, Sicilia, Corrector Apuliæ & Calabriæ, Bruttiorum & Lucaniæ, Præſides Samnii, Sardiniæ, Corſicæ Valericæ. *Vid. Notit. Imp.* *Sub hujus diſpoſitione quæ provinciæ?* *Vicarii Urbis juriſdictio.* Juriſdictionem habebat intra urbem & quadrageſimum lapidem. Caſſiodor. *lib. 6. Epiſt. 15. in formulâ Vicarii Urbis.* Tempore Innocentii, poſtquam vicario urbis reddita eſſet poteſtas ſua, præter juriſdictionem urbicam, habuiſſe diœceſin propriam in tractu, qui jacet inter Capuanam & Piſanam provinciam, indicat Innocentius noſter hoc capitulo. Reſtitutam autem fuiſſe & Præfecto Urbi ſuam dignitatem ex ipſo Innocentio *lib. 1. Epiſt. 23.* liquet, ubi Petrus Præfectus Urbi Innocentio III. jam conſecrato, fidem & homagium ligium præſtitit, & per traditionem manti præfecturæ inveſtituram recepit.